



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Magna Gloria Antiquæ & Novissimæ Domus
Schwarzacensis A Magno Sacerdotio Sive Vita & Res
Præclare Gestæ ... DD. Abbatum Celeberrimi &
Antiquissimi Monasterii O. S. B. in Münster-Schwartzach**

Friedrich Karl <Bamberg, Bischof>

Wirceburgi, 1743

Gumpertus Abbas XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64362](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64362)

WOLFFRAMUS ABBAS XV.

Annus 1136. Wolfframum ex Monasterio Hirsaugiensi postulatum, nobis præfecit, idémque Calendis Aprilis Wolfframum nobis eripuit: Vix ortum illum Abbatia suspexit, jam mortuum deploravit; communi id temporis fato, quo pestifera lues Germaniam propè universam depascebatur.

THEODORICUS ABBAS XVI.

Aliquantò diutiùs annis scilicet 5. Abbatiali dignitate Theodoricus conspicuus fuit; postquam hæc illi anno Domini 1137. communibus suffragiis collata fuerat: sed nihil ferè de illo memoriæ proditum habemus.

GUMPERTUS ABBAS XVII.

Electus anno 1142. septem annorum spatio cursum suum consummavit, idibus Maji anno 1149. ad Cœlestem Patriam evocatus, ibidem bene gestorum mercedem recepturus.

SIGENHARDUS ABBAS XVIII.

Ex quo Sigehardus hujus dignitatis fastigium conscenderat, anno scilicet 1149. totus in